

Iuribus aliis Regie Curie et cuiuscumque alterius semper salvis, et factis de executione presentium cum forma earum quatuor consimilibus publicis instrumentis, quorum uno eisdem mulieribus religiosis tradito, aliud vobis retineatis, et duo nobis sub pena unciarum auri quatuor post dies octo executionem procuretis ut unum ex ipsis nobis retineamus nostri ratiocinii tempore producendum. Aliud conservandum in Regia Curia prout nobis iniungitur ad Curiam transmittamus cauti quod in executionem presentium nullam committatis desidiam vel defectum cum exinde vobis pro parte Curie ignoreamus (*sic*) Datum Baroli quartodecimo Marci septime Indictionis. Ad quarum licitarum executionem dictus petrus Iudicis Basilii procurator in absentia dicti Nicolai de Sabino socii sui pro pecunia generalis in Regio carcere domini Iustitieri terre Bari detenti volentes devote procedere cum omni diligentia et cautela nos pro parte Regia requisivit, nostro super officio implorato *etc.* Nos autem quia iusta petentibus nostrum non debemus, nec possumus officium denegare *etc.* personaliter interfuimus cum eodem predictus petrus (*sic*) procurator nobis presentibus cum eodem forma predicti Sacri Mandati diligenter attenta et in omnibus observata Ad subscripta oliveta sita in pertinentiis dicte Civitatis vigiliarum per diversa loca et secundum subscriptos pertinentiarum ipsarum, que dictus quondam Iudex Matheus de partucis de Barolo tempore quo ad vixit tamquam verus dominus et patronus tenuit et possedit prout predictus petrus procurator asseruit coram nobis, ibique nobis existentibus dictus petrus procurator, fratrem Leonem (*sic*) de Monopulo ordinis predicatorum nobis cum ibidem presentem verum legitimum procuratorem. actorem. syndicum. yconomum et ad hec nuncium specialem sororis Beatricis proirisse et conventus Sante Lucie *etc.* Oliveta vero sunt hec videlicet In primis in loco Iane orbores olivarum cum plateis earum viginti septem arbores Iuxta olivas. Angeli